IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

actuam uel contemplatiuam uitam exercen
tur: uel in plantos & subditos partiuntur: Per
manasse enim qui obliitus uel necessitatis dici
tur: uel actuę uitę. uel obedientiū labor
exprimitur: p effraym qui fructifer uel
crescens interpretatur: uel contemplationis
uel plantę fructus designatur: Leuitę autem
in terra partem non acceperunt: quia diui
no seruicio dicati. hereditatem mundi ñ requi
runt. Nisi urbes ad habitandum: nisi quales
-cunq; mansiones in hoc seculo ad peregrinan
dum. Et earum suburbana: quę sunt neces
saria alimenta & tegumenta. Ad alenda iu
menta & pecora sua: ad reficienda corpora
sua. quę sunt sua iumenta & pecora: ad sol
uenda suę seruitutis tributa. Sicut dñs mo
ysi preceperat. cum ei in monte synay legis
mandata pponebat: ita filii israhel faciunt:
quia ueri israhelitę legis mandata spiritali
custodiunt. Terram diuidunt: quia spiritum
uiuificantem a littera occidente seiungunt.

SEQVITVR.

ACCESSERVNT itaq; filii iuda
ad iosue in galgala: locutusq: est ad eum
caleph filius iephone cenezeus. Nosti quid lo
cutus sit dñs ad moysen hominem dei de me.
& te. in cadesbarne. Quadraginta annorū
eram quando me misit moyses famulus
dñi de cadesbarne. ut considerarem terrā:
nuntiauiq; ei quod uerum in uidebatur:
Fratres autem mei qui ascenderunt mecū. dissol
uerunt cor populi: & ego nichilominus se
cutus sum dñm meum. Iurauitq; moyses
in die illo dicens. Terra quā calcauit pes
tuus. erit possessio tua. & filiorum tuorum in eter
num: quō secutus es dñm dñm tuū. Conces
sit q̄ dñs uitam michi sicut pollicitus est:
usq; in presentem diem. Quadraginta &
quinq; anni sunt. ex quo locutus est dñs
uerbum istud ad moysen: quando ambu
labat israel p solitudinem. Hodie octoginta
quinq; annorum sum sic ualens ut tu ualebā
tempore: quando ad explorandū missus
sum. Illius in me temporis fortitudo pse
uerat. usq; hodie: tam ad bellandum quā
ad gradiendum. Da q̄ michi montem istū.
quem pollicitus est dñs te quoq; audien
te: in quo enachim sunt. & urbes magne
atq; munite: si forte sit dñs mecum. & po
tuero delere eos sicut pmisit michi. Benedi
xitq; ei iosue. & tradidit ebron in possessio
nem: atq; ex eo fuit ebron caleph filio iepho
ne cenezeo. usq; in pesentem diem: quia secu
tus est dñm dñm israhel. Nomen ebron ante
uocabatur cariatharbe. Adam maximus
ibi inter enachim situs est: Et terra cessauit a
iiii iuda ad iosue in galgala ℣ pliis.
accedunt: quia deum confitentes xpm
in unitate sce ecclesie requirunt. Galgala
enim reuelatio dicitur: quia xpc in sancta
ecclesia se querentibus reuelatur: Caleph ad
eum loquitur: quia ordo sanctorum pdicatores
fide & dilectione xpm alloquitur: Caleph
enim quasi cor: aut omne cor: uel canis di
citur: p quem ordo doctorum exprimitur:
qui quasi cor uitam sce ecclesie continet. &
instar canis excubias dñi sui obseruat: contra
demones nesciet xpi hostes. latratum predica
tionis emittere non cessat. Caleph filius
iephone scribitur: qui nudus dicitur: quia
ordo sanctorum doctorum xpi nuditatem &
paupertatem sequitur: Caleph cenezeus
scribitur: qui zelotypus uel sessio eius dicit:
quia ordo sanctorum doctorum spiritu zelotypie